

Mythologia, Venise, 1567 - II, 09 : De Plutone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[17-18\] : De Plutone](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 09 : De Plutone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 10 : De Pluton](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 09 : De Pluton](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - II, 09 : De Plutone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 10/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/811>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 54v°-55v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pluton](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia.

hæc solum institutionis ergo sint inuenta. At de Neptuno satis, nunc dicamus de Plutone.

De Plutone.

Cap. I X.

Pluto quem inferorū Deū putarunt antiqui, natus est ex Opi & Saturno: ut dictum est, isque una cum Ioue militavit, & post varias victorias, rerūque gestarū felices successus cū Ioue & Neptuno iactis sortibus tetra-
10 mūdiq; totius, ut aiūt, imperiū diuisit: cui Hispaniarum, & locorum omnium ad occidentē solem obrexit imperium. Scriptū reliquit Pausanias in Atticis Plutonis & Amphiarai statuas quodā in loco fuisse Apud Athenienses, ubi Pluto puer à Pace nutrice portabatur. Fama est hūc clauēs habuisse pro insi-
gni, sicuti sceptrū Ioui, & Neptuno tridens tribuebatur, ut idem Pausanias ait in prioribus Eliacis. Et Orpheus in hymno in Plutonē idē affirmavit his verbis;

Πλούτωνος δὲ καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῶν ἀνδρῶν ἀμείνων.

Pluto qui terræ clauēs & regna gubernas.

Plutonem præterea fuisse opulentix Deū, & in Heberia apud Pyrenæos mō-
tes habitasse memorix prodidit Strabo lib. 3. Geographix. Hunc defunctorū
20 Deum esse crediderūt, quē appellarunt Deū terrestre, cui sacra faciebāt pro defunctorum manibus, ut testatur Euripides in Phœnissis;

ὅστις γὰρ ἔσθ' ἡμεῖς καὶ οἱ νεκροὶ καὶ οἱ ζῶντες.

στὰς Ἰβήνας, καὶ τὴν ἑλπίδα τῶν ἀνδρῶν.

Cum iusta soluit mortuis viuus, decet

Deum simul terrestrem honore prosequi.

Quo vero tempore illi sacra hæc fierent, Februs vocabatur. Plutonem ho-
xerunt antiqui in curru vehi atrorum equorum, ut testatur Ouidius libro
Metamorph. quinto;

Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus

Exierat; curruq; atrorum inuectus equorum

Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.

30 Aiunt hunc Deum aliquando grauitè tulisse, quod solus omnium Deorum cglibem & filiis carentem vitam traduceret, cum tanti imperii Deus esset, neque vllam inueniret quæ sibi nuptui daretur: quippe cum & Iouis esset frater, & Deorum omnium opulentissimus. Nulla enim Dea illum ob de-
formitatem & obscuritatem Regni maritum esse suum pati poterat. Ille igitur hac opinione, vel, ut verius dicam, hoc animi furore agitatus atrorum
40 equorum currum conscendit, & in Siciliam peruenit. Ibi forte Proserpinam Cereris filiam inter ceteras virgines flores colligentem visam adamauit; quippe cum omnes illas & forma & corporis elegantia antecelleret. Hanc igitur rapuit, & in curru ad fluuium Chemarum deportauit; vnde ad sua
regna, quæ sub terris esse putantur, deportauit, ut testatur Pausanias in Co-
rinthiacis, & Claudianus rem totam carmine elegantissimo complexus est. Magno in honore fuit in Pylo Pluto, templumque eius ibidem magnificen-
tissimum, ut ait Strabo libro octauo. Neque procul distat à Pylo mons, qui vocatus fuit Menthes, à Menthe Plutonis pellice, quam dolo circumuentam Proserpina in herbam hortensem sui nominis mutauit. Testatur idem Stra-
bo libro nono ad ripas Coralli fluuii, ubi sacra fiebant Pambrotia, constru-
ctam fuisse ob mysticam quandam causam Plutonis ac Palladis aram com-
munem.

munem . Immolabantur tauri Plutoni , vt testatur Horatius libro secundo carminum ;

Non si tricenis , quotquot eunt dies ,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris .

Scriptum reliquit Strabo libro tertiodécimo Plutonium os in Cybirensium regione apud Hierapolim in paruo quodam môtis cliuo fuisse ; in quod ho-
mo excipi poterat, idque fuisse miræ profunditatis, & admirabilis multo ma-
gis potentix. Nam huic oppositum fuit vallum quadratum, ambitu dimidii
tere iugeri, quod nebulosa crassaq; caligine tegebatur, at ori propinquus aer
erat innoxius. Quôd si aliquod animal ingrederetur, continuo moriebatur,
taurique eò adducti statim cœcidebant. fuit Pluto à Latinis Orcus appellatus,
vt scripsit Cice. in actione sexta in Caium Verrem; Hic dolor erat tantus, vt
Verres alter Orcus venisse Ennam, & nō Proserpinam asportasse, sed ipsam
abripuisse Cererem videretur. Dictus est autem Pluto, quia diuitias largia-
tur, vt ait Lucianus in Timone, & Plato in Cratylo his verbis ; *τὸ δὲ πλού-
του, τὸν πλεονεχτὴν τὸν πρὸς ἀλλοτρίοις δίδωκεν, οὗ γὰρ τὸ πλεονεχθῆναι ἐστὶν αἰτία,
ἐκ τῆς γῆς.* Plutonis vero nomen ob diuitiarum largitionem, quia diuitix
ē terra in lucem emittantur, dictum fuit. quamuis Lucianus in dialogo po-
stea de Luctu, Plutonem dictum putat, *ὅτι οὗ καὶ τὰς ψυχὰς ἀπὸ τοῦ βίου ἀφαιρῶν*, quia abun-
det mortuis scilicet. Dicebantur adhuc omnes animæ mortuorum descen-
dere, quas vbi ille acceperat, inenitabilibus vinculis coercere implicitas,
iudicibusque tradebat iudicandas, atque omnibus pro meritis vel penas,
vel præmia dispensabat. Neque vlli concessum est in vniuerso xuo præter-
quam admodum paucis ad superam regionem reuerti, & id maximis de cau-
sis, vt fama est. Illius Dei regio turbidissimis & amplissimis fluminibus vel ipsis
nominibus horrendis interluitur. Desiuit cum magno strepitu coeetus, cum
rapidissimis flammarum vndis Phlegethon deuoluitur; ibidem ceno plena
est profundissimo & graueolenti Acherusia palus. Quid de squallore cym-
bx, portu orisque animarum, deque tremenda illius voce conitruī non dis-
simili dicam? Terret altissimis & stridulis latratibus vel longinquos nauig-
antes Cerberus triceps, horrent viperinis capillis furix, formidabilis est
iudicum iustissimorum seueritas, ita vt nemo sit tam sanctus aut integræ
vitæ, qui ad id iudiciū accessurus non aliquantulum expauescat. Verum de
his in sequenti libro pertractabimus. Nunc huius tabulæ explicationem
aggrediamur. Pluto siue elementum sit terræ, siue diuitiarum Deus, utroq;
nomine filius est Saturni: nam primus omnium architectatus est cœlum
Deus, ex quo natum tempus, in quo reliquum quod erat ædificiū expletum
est. Si diuitiarum Deus rursus sit Pluto, nemini obscurum esse arbitror ci-
uitates & regiones per diuturnam pacem opibus, & hominum frequentia re-
pleri: quare Pax illius merito dicitur fuisse nutritrix. Rursus quod fuerit Sa-
turni filius, & Iouis Iunonisque frater, quid aliud hoc est quàm genus om-
ne diuitiarum ē tempore nasci, & cœli aerisque bonitate ac temperie pro-
creari & adinuari? Dicitur idcirco illi imperium inferorum obtigisse, quo-
niam apud occidentis nationes & in Hispania, vt diximus, regnavit, quæ
fertilissima est propē omnium prouinciæ, & omnis generis frugum ple-
nissima, præter loca illa, in quibus effodiebantur metalla, vt testatur Stra-
bo libro tertio. Qui vero Plutonem elementum terræ esse putarunt, non
solum

Mythologia.

solum diuitiarum Regem, quæ omnes à terra oriuntur, esse crediderunt; sed etiam mortuorum omnium, quia omnia quæ nata sunt, in ea tandem principia solvuntur, à quibus sunt orta; quod etiam ex pressit Cicero libro secundo de Natura Deorum his verbis; Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui Dis, ut apud Græcos *Πλούτων* dicitur, quia & recidant omnia in terras, & oriuntur à terris. & quoniam quod semel mortuum est nunquam idem reuiuiscit, inde dictum est ab antiquis quod Pluto habet clauas, à quo ita sedes inferorum clausæ sunt, ut exitus nemini pateat, sicuti testatur Pausanias in Eliacis. hic idem Proserpinam Cereris filiam rapuit, quia, ut ait Cicero in secundo de natura Deorum, ea est quæ

10

Προσερπίνη Græce nominatur, & quam frugum semen esse volunt, absconditamque à matre queri fingunt, ut ait Eusebius libro secundo Euangelicæ præparationis. Plutonem esse virtutem terræ, & aliquando terram ipsam, ita scripsit Orpheus in hymno in Plutonem;

Ελευθεριαν δ' οὐρανὸν ἔχοντα καὶ ποταμὸν Ἰσθμῶν.
Nam facis ipse homines opulentos fructibus anni.

Attrahit igitur vis terræ ad se radices frugum inferius, quare dictus est Pluto sub terram rapuisse Proserpinam. quadrigis inuectam, cum per tot mensium tempus ad inferiora crescant frugum radices, sic autem quadrigarum

20

nomina expressit Claudianus in 1. lib. de raptu Proserpinæ;

Orpheus crudele micans, Aethonq; sagitta
Ocior; & Strygii crudelia gloria Nycteus
Armenti, ditisq; nota signatus Alastor.

Quæ cū finguntur, & alicubi fieri necesse sit, scripsit Orpheus in Attico solo non procul ab Eleusi id contigisse, ut Pluto sub terram sit ingressus, sicuti patet ex his versibus;

Ἐλευθερίαν ἀφ' ἧς ἔστι τὸ πρὸς τῆς γῆς

*Νηφελῆτος ἀνὰ πύλιναν ἀνὰ δ' αὖτις τῆς γῆς
τὸ πρὸς τῆς γῆς ἀνὰ πύλιναν ἀνὰ δ' αὖτις τῆς γῆς
ἀνὰ πύλιναν ἀνὰ πύλιναν ἀνὰ δ' αὖτις τῆς γῆς.*

30

Pluto tibi castæ Cereris, nam filia quondam
Cum legeret flores in prato rapta quadrigis
Imposita est; & Cecropium portata sub antrum,
Huc ubi Eleusis adest, ubi nigri ianua Ditis.

Enimvero non solum de rebus gestis, quæ Diis inferis tribuuntur, hæc intelligenda sunt, sed multo magis ad mores hominum, vitæq; institutionem pertinent. Nam quibus curis torquentur, quantisq; molestiarum fluctibus agitantur diuitum animi? cæcitas enim mentis prius occupet mortalium animos necesse est, quàm opes acquirantur: pro quibus diu laborandum est cum breuissima futura sit, aut etiam nulla aliquando partarum rerum fructio. Quas tamen si quis breui comparare studeat, ad omnem probitatem & innocentiam conuiueat oportet, omnemque impuritatem induat & crudelitatem, cum primum ingentium opum desiderio capiuntur. illud autem significatur per illorum equorum nomina, quibus vehabatur Pluto, cum sine sceleribus nemo prorsus breui ditescere possit. atque de Plutone satis, nunc de Pluto pertractemus.

40

De